



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Obtrectatore[m] caritate vincit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

quebatur. Preces autem de industria lectæ, quæ tempori conuenirent, pro summo Pontifice, pro Imperatore, & ad auertendas præsentes calamitates peragebantur. Nec modo per se ipse salutare hoc inuentum publicauit, sed apud omnes Concionatores obtinuit, ut idem ex certa illa precum formula obirent.

Obrectato-
rem caritate
vincit.

Nimirum osorem bonorum Satanam vicit successus hic pietatis. Ergo breui post tempore ipsorum Cōcionatorum è numero quendam exciuit, qui moras conaretur obiicere obrectans fideli Euangelistæ, & criminās palam, quod præter morem, nec loco solenni ad euangelizandum prodiret. Ceterū haud quicquam clarius illustravit, siue ciuium aduersus Canisium, siue ipsius erga aduersarios caritatem. Totius Academiæ universi Professores in vnum collecti obrectatorem aggrediuntur: meritoq; conuicio acriter in crepito grauem proponunt multam, si quicquā post hæc mutiret. Continuo adsuere ab Episcopo literæ, quam asperæ ad illum, tam honorificæ, blandæque & studiosæ ad Canisium, ne abscepto opere vlla satanæ mora retardari se pateretur. E multitudine verò non defuerunt, qui obrectatoris

toris adoriri domum molirentur, & tamquam importuni calumniatoris inuadere. E contrario Canisius non suam, sed aduersarij vicem dolens, excusare hominis factum, benigneque interpretari, sincero mulcere studio indignantium iras. Denique tantum adnisus est, ut eum ab multitudine irata defendereret. Fuerunt hi carbones exigne, quæ Christus è Cœlo delatum, accendi, propagari que cupiebat in terris: qui Criminatoris illius in caput congesti frigidū cor incenderunt. Agnouit pius erga se religiosæ lenitatis officium; multoq; quā antea vñquam cum Canisio se & voluntate & familiari quoque vsu coniunxit.

Is autem non in ea modò, quæ diximus, publicè, sed priuatim omni ope in communes omnium, ac singulorum se se diuidebat utilitates. Idem carcere vincit is consolationem, & opem afferre, idem solatia ægrotis præbere animorum, & corporum, idem reconciliandis inter se dissidentibus operam impertire, ut nihil tale Ingolstadij aliquando extitisse quisquam recordaretur. Quin etiam, quoniam pastorum populi summa erat inopia, prouide stipe luculentam collegit, unde studiosi literarum pauperes, qui olim suffici-

*Omnia pro
Religione
molitur.*

H possent,